

Alte Drucke

Digestorum Sev Pandectarvm Ivris ciuillis libri quinquaginta, ad exemplar Florentinum & Haloandrinum necnon vulgatas editiones quàm diligentissimè ...

Digesta

Justinian <Byzantinisches Reich, Kaiser>

Parisiis, 1552

DIGESTORVM SEV Pandectarum Liber vigesimus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden. Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-150587

DIGESTORVM SEV

Pandectarum Liber vigesimus.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHE-
cis, & qualiter ea contrahantur, & de pactis
eorum. Titulus I.

Obligatio generalis porrigitur ad bona presentia & futura: sed obligatio certa rei non contrahitur etiam in illa re postea debitoris effecta, si creditor sciens fuerit. Bartolus.

I. PAPINIANVS lib. XI. Responsorum.



ONVENTIO generalis in pigno-
re dādo bonorum, vel postea quasi-
torū, recepta est. in specie autē alie-
næ rei collata conuēctione, si nō fue-
rit ei, qui pignus dabat, debita: post-
ea debitori dominio quesito, diffici-
lius creditori, qui nō ignorauit alie-
nū, utilis actio dabitur: sed facilior

erit [creditori] possidenti retentio. ¶ Seruo pignori dato,
peculium eius creditor, citra conuentionem specialiter su-
per eo conceptam, frustra distrahit. nec interest, quando
seruus domino peculium adquisierit.

Fundo obligato nō veniunt in obligatione fructus à bonæ fidei
emptore postea percepti, & vsu capio triennii ius pignoris non ex-
tinguit. Bartolus.

¶ Cum prædium pignori daretur: nominatim, vt fructus
quoque pignori essent, conuenit. eos consumptos bona fi-
de emptor vtili Seruiana restituere non cogetur. pignoris
etenim causam nec vsu capione perimi placuit: quoniam
questio pignoris ab intēctione dominiij separatur. quod in
fructibus dissimile est, qui nunquam debitoris fuerunt.

Valeat pactum quod nō solutis vsuris fructus cedant loco vsura-
rum, sicut quod non solutis minoribus vsuris curant maiores. Bar.

¶ Pacto placuit, vt ad diē vsuris nō solutis, fructus hypo-
thecarū vsuris cōpēsaret, tñi legitime vsurę. quāuis exor + Flo. &
dio minores in stipulatū venerint, nō esse tamen irrita cō- vnl. compē
uentionē placuit: cū ad diem minore scēnore non soluto, sarentur.

4 A iij legitimæ

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. I.

legitimæ maiores usuræ stipulati rectè pmittere potuerunt.
Vxor potest rem propriam obligare pro marito, quatenus ei tenetur occasione illius rei. Bartolus.

¶ Cum prædiū vxor viro donasset, idq; prædiū vir pignori dedisset: post diuortium mulier possessionē sui prædij recuperauit, & idem prædiū ob debitū viri pignori dedit. in ea dūtaxat pecunia rectè pignus à muliere cōtractū apparuit, quam offerre viro debuit, meliore prædio factō: scilicet si maiores sumptus, quàm fructus, fuissent, quos vir ex prædio percepit. etenim in ea quantitate proprium mulier negotium gessisse, non alienum suscepisse videtur.

Contra fideiussorem qui pignora à creditore recepit, agitur mandati, non pignoratitia. Bartolus.

II. IDEM lib. III. Responsorum.

Fideiussor, qui pignora vel hypothecas suscepit, atque ita pecunias soluit: si mandati agat, vel cum eo agatur: exēplo creditoris etiā culpā æstimari oportet. ceterum iudicio, quod de pignore dato pponit, cōueniri nō potest.
Sententiā lata contra debitorem, non præiudicat creditori, si lata fuerit post pignus contractum: secus si ante. Bartolus.

III. IDEM lib. XX. Questionum.

SI superatus sit debitor, qui rem suam vindicabat, quod suam non probaret: æquè seruanda erit creditori actio Seruiana, probanti rem in bonis eo tempore, quo pignus contrahebatur, illius fuisse. sed & si victus sit debitor vindicans hereditatem: iudex actionis Seruianæ, neglecta de hereditate dicta sententiā, pignoris causam inspicere debet: atquin aliud in legatis & libertatibus dictū est: cum secundū eū, qui legitimā hereditatem vindicabat, sententiā dicta est. sed creditor nō bene legatariis per omnia comparatur: cum legata quidē aliter valere nō possunt, quàm si testamentū ratū esse constaret. enimvero fieri potest, vt & pignus rectè sit acceptū, nec tamē ab eo lis bene instituta. ¶ Per iniuriā victus apud iudiciū: rem, quā petierat, postea pignori obligauit. nō plus habere creditor potest, quàm habebat, * qui pignus dedit. ergo summouebitur rei iudicatæ exceptione: tamen si maximē nullam propriā, qui vicit, actionem exercere possit. non enim quod ille non habuit, sed quod in ea re, quæ pignori data est, debitor habuit, con-

* Flo. ha-
beat.

† Flo.
quid.

buit, considerandum est.

In contrahenda obligatione bonorum, non requiruntur solennitates verborum sine scriptura: & magis sit scriptura ad probationem, quam ad obligationem. Bartolus.

IIII. CAIVS lib. singulari de formula hypothecaria.

Contrahitur hypotheca per pactum cōuentum, cum *Cap. 4. de fide instr.*
quis paciscatur, vt res eius propter aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ. nec ad rē pertinet, quibus sit verbis: sicuti est & in his obligationibus, quæ consensu contrahuntur. & ideo & sine scriptura si conuenit, vt hypothecæ sit, & probari poterit: res obligata erit, de qua cōuenit. fuit enim de his scripturæ, vt quod actum est, per eas facilius probari poterit. & sine his autē valet, quod actum est, si habeat probationem: sicuti & nuptiæ sunt, licet testationes in scriptis* habitæ non sunt. * *Floren.*

Pro qualibet obligatione possunt res obligari pure & sub conditione. Bartolus.

V. MARCIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

Res hypothecæ dari posse sciendum est, pro quacunque obligatione: siue mutua pecunia datur, siue dos, siue emptio vel venditio cōtrahatur, vel etiam locatio & conductio, vel mandatum: & siue pura est obligatio, vel in diem, vel sub conditione: & siue in præsentī cōtractus est*, siue etiam præcedat. sed & futuræ obligationis nomine dari possunt: sed & non [solum] soluendæ omnis pecuniæ causa, verum etiam de parte eius: & vel pro ciuili obligatione, vel honoraria, vel tantum naturali. sed & in cōditionali obligatione non aliās obligamur, nisi conditio extiterit. / ** Floren. præsentī cōtractu, siue, cōc.*
Inter pignus autem & hypothecam tantum
nominis sonus differt. dare autem quis hypothecam potest, siue pro sua obligatione, siue pro aliena. † *In hunc locū Lauri Vallæ lib. 6. Eleg.*

VI. VLP IANVS lib. LXXIII. ad edictum.

Obligatione generali rerum, quas quis habuit, habiturusve sit: ea non continebuntur, quæ verisimile est quemquam specialiter obligaturum non fuisse. vt puta suppellex, item vestis relinquenda est debitori: & ex mancipiis, quæ in eo usu habebat, vt certum sit, eum pignori daturum non fuisse. proinde de ministeriis eius perquam ei necessariis, vel quæ ad affectionem eius pertineant.

VII. PAVLVS lib. LXVIII. ad edictum.

V El quę in vsum cotidianum habentur: Seruiana nō competit.

VIII. VLPIANVS lib. LXXIII. ad edictum.

D Enique concubinam, filios naturales, alumnos, constitit generali obligatione non contineri: & si qua alia sunt huiusmodi ministeria.

IX. CAIVS lib. x. ad edictum provinciale.

Flor. & vulga. qd.* **S Ed & quo* ad eas res, quas eo tempore, quo paciscebatur, in bonis habuit, idē observari debet. ¶ Quod emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem potest recipere.

Si duobus res simul obligatur in solidum: quilibet eorum contra extraneum vincit: sed inuicem melior est conditio possidentis. secus si res pro parte sit obligata. Bartolus.

X. VLPIANVS lib. LXXIII. ad edictum.

S I debitor res suas duobus simul pignori obligauerit, ita [vt] vtrique in solidum obligata essent: singuli in solidum aduersus extraneos Seruiana vtentur: inter ipsos autem si quaestio moueatur, possidentis meliorem esse conditionē. dabitur enim possidenti hæc exceptio, SI NON CONVENIT, VT EADEM RES MIHI QUOQUE PIGNORI ESSET. si autem id actum fuerit, vt pro partibus res obligarentur: vtilem actionem competere, & inter ipsos, & aduersus extraneos, per quam dimidiam partem possessionis* adprehendant singuli, [in confessio est.]

**Floren. partis pos.* XI. MARTIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

sessionem. **S** I is, qui bona reipublice iure administrat, mutuum pecuniam pro ea accipiat: potest rem eius obligare. ¶ Si autem hypothecis facta sit, & in fundum, aut in ædes aliquis inducatur: eo usque retinet possessionē pignoris loco, donec illi pecunia solvatur: cum in vsuras fructus percipiat, aut locando, aut ipse percipiendo, habitandoque. itaque si amiserit possessionem, solet in factum actione uti.

Seruitutes personales possunt pignori obligari. secus in iuribus realibus urbano prædio debitis: in rusticis vero non item. Bartolus. ¶ Vfusfructus an possit pignori hypothecæ dari, quaestum est. & scribit Papinianus libro vndecimo Responsorum: siue dominus proprietatis conuenerit, siue ille, qui solum

solum vsumfructum habet: tuendum creditorem. & si velit cum creditore proprietarius agere, NON ESSE ET IVS VTI FRV INVITO SE: tali exceptione cum prætor tuebitur, SI NON INTER CREDITOREM ET EVM, AD QVEM VSVSFRVCTVS PERTINET, CONVENERIT, VT VSVSFRVCTVS PIGNORI SIT. nam cum & emptorē vsusfructus tuebitur prætor: cur non & creditorem tuebitur: eadem ratione & debitori obicietur exceptio. ¶ Iura prædiorum urbanorum pignori dari non possunt: igitur nec conveniri potest*, vt hypothecæ sint.

XII. PAVLVS lib. LXVIII. ad edictum.

Sed an vie, itineris, actus, aquæ ductus pignoris conventio locum habeat, videndum esse, Pomponius ait: vt [si] talis pactio fiat: VT QVAM DIV PECVNIA SOLVTA NON SIT: eis servitutibus creditor vtatur, scilicet si vicinum fundum habeat: & si intra diem certum pecunia soluta non sit, vendere eas vicino liceat. quæ sententia propter utilitatem contrahentium admittenda est.

Vniuersitates rerum possunt pignori obligari. Bartolus.

XIII. MARCIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariæ.

Rege pignori obligato, quæ postea nascuntur, tenentur. sed & si prioribus capitibus decedentibus, totus grex fuerit renouatus: pignori tenebitur. ¶ Statuliber quoque dari hypothecæ poterit, licet conditione existente evanescat pignus.

Pignus potest dari pignori: & tenetur quo ad vtraque si pecunia sibi debetur: sed si nomen datum pignori, exactum compensabitur: aliàs in causam pignoris retinebitur. Bartolus.

¶ Cum pignori re pignoratâ accipi posse placuerit: quatenus vtraque pecunia debetur, pignus secundo creditori tenetur: & tam exceptio, quæ actio utilis ei danda est. quod si dominus soluerit pecuniam: pignus quoque perimitur. sed potest dubitari, nūquid creditori nūmorū solutorū nomine utilis actio dāda sit, an nō. quod enim, si res soluta fuerit: & verū est, quod Pomponius lib. septimo ad edictū scribit: si quidē pecuniā debet is, cuius nomē pignori datū est: exacta ea actiō a creditore, se compensatur*. si verō corp⁹ is debuerit: & soluerit: pignoris loco futurū apud secundū creditore.

* Flo. & viul. cōuenire possūt.

* Floren.

exacta ea

creditorē

compensatur

Qui

Pars II. Digestorum lib. XX. Tit. I.

Qui habet utile dominium, potest pignori obligare: & tunc hypothecaria tenetur, quæ competit contra quemlibet possessorem. Bar.
 ¶ Et in superficiariis legitimè consistere creditor potest aduersus quemlibet possessorem: siue tantum pactum conuentum de hypotheca interuenerit, siue etiam possessio tradita fuerit, deinde amissa sit.

Hypotheca non tollitur, si principalis debitor vel fideiussor condemnatur, nisi realiter satisfiat. Bartolus.

¶ Etiam si creditor iudicatum debitorem fecerit, hypotheca manet obligata: quia suas condiciones habet hypothecaria actio, id est, si soluta est pecunia, aut satisfactum est: quibus cessantibus, tenet. & si cum defensore in personam egero, licet is mihi satisfecerit, & damnatus sit, æquè hypotheca manet obligata: multò magis ergo si in personam actum sit, siue cum reo, siue cum fideiussore, siue cum vtrifque pro parte: licet damnati sint, hypotheca manet obligata. nec enim per hoc videtur satisfactum creditori, quod habet iudicati actionem.

Qui, ante conditionem agit, malè agit: nec rei iudicate exceptione repellitur: si postea conditione existente capit agere: interim tamen potest cautio postulari. Bartolus.

¶ Si sub conditione debiti nomine obligata sit hypotheca: dicendum est, ante conditionem non rectè agi, cum nihil interim debeatur. sed si sub conditione debiti conditio euenerit: rursus agere poterit. sed si præsens sit debitum, hypotheca verò sub conditione, & agatur ante conditionem hypothecaria: verum quidem est, pecuniam solutam non esse: sed auferri hypothecam iniquum est. id eoq; arbitrio iudicis cautiones interponendæ sunt, si conditio exstiterit, nec pecunia soluatur: restitui hypothecam, si in rerum natura sit. ¶ Propter vsuras quoque, si obligata sit hypotheca, vsuræ solui debet idè & in pœna dicemus.

Si debitor est suspectus ante diem vel conditionem, competit persecutio pignoris. Bartolus.

XIII. VLP. IANVS lib. LXXIII. ad edictum.

Quæsitum est. si nondum dies pensionis venit, an & medio tempore persequi pignora permittendum sit? & puto dandam pignoris persecutionem: quia interest mea. & ita Celsus scribit. ¶ Ex quibus casibus naturalis obligatio

* Floren.
venerit.

obligatio consistit, pignus perseverare constat*. *Florem.*
constitit.

XV. CAIUS lib. singulari de formula hypothecaria.

ET quæ nondum sunt, futura tamen sunt, hypotheca dari possunt: [puta] ut fructus pendentes, partus ancillæ, foetus pecorum, & ea quæ nascuntur, sint hypothecæ obligata. id quæ servandum est, siue dominus fundi cõvenerit, aut de usufructu, aut de his: quæ nascuntur: siue is, qui usufructum habet, sicut Iulianus scribit.

In obligatione speciali requiritur: tunc re esse in bonis debitoris. in generali vero sufficit, si postea quandoquæ inveniatur in bonis. B.

¶ Quod dicitur, creditorem probare debere, cum conveniebat, rem in bonis debitoris fuisse: ad eam conventionem pertinet, quæ specialiter facta est: non ad illam, quæ cotidie inferi solet cautionibus: ut socialiter rebus hypothecæ nomine datis, cætera etiam bona teneantur debitoris, quæ nunc habet, & quæ postea adquisierit, perinde atque si specialiter hæ res fuissent obligatæ.

Res obligatas potest quis alteri obligare sine periculo, si primus creditor certificetur: & intelligitur obligata in residuo, & si satisfiat primo, totum cedit in obligatione secundi. Bartolus.

¶ Qui res suas iam obligaverint, & alij secundo obligant creditori: ut effugiant periculum, quod solent pati, qui sepius eandem rem obligant: prædicere solent, alij nulli re obligatâ esse, quam fortè Lucio Titio: ut in id, quod excedit priorē obligationē, res sit obligata ut sit pignori hypothecæ. Id quod pluris est: aut [in] solidâ, cum primo debito liberata res fuerit. de quo videndum est, utrum hoc ita se habeat, si & conveniat: an & si simpliciter convenierit de eo, quod excedit, ut sit hypothecæ: & solida res inesse conventioni videatur, cum à primo creditore fuerit liberata, an adhuc pars. sed illud magis est, quod prius diximus.

XVI. MARCIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariâ.

SI fundus hypothecæ datus sit, deinde alluvione maior factus est: totus obligabitur. ¶ Si nesciente domino res eius hypothecæ data sit, deinde postea dominus ratum habuerit: dicendum est, hoc ipsum, quod ratum habet, voluisse eum retro recurrere ratihabitionem ad illud tempus, quo cõvenit. voluntas autem ferè eorum demum servabitur, qui & pignora* dare possunt.

*Flo. &
vulga. pignori.

Additio

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. I.

Additio vel detractio qualitatis circa rem non exstinguit hypothecam. Bartolus.

¶ Si res hypothecæ data, postea mutata fuerit: æquè hypothecaria actio cõpetit: veluti de domo data hypothecæ, & horreo facta. Item si de loco conuenit, & domus facta sit. Item de loco dato, deinde vineis in eo positis.

* Flo. & vul. horto facta. vul. *Hypothecaria datur contra possessore qui liberatur, si soluit vel restituit: alias condemnabitur: & si fuerit contumax, in litè iurabitur tam pro re quam pro fructibus exstantibus. Bartolus.*

¶ In vindicatione pignoris quaritur, an rem, de qua actū est, possideat is, cū quo actum est. nam si nō possideat, nec dolo fecerit, quō minus possideat: absolui debet. si verō possideat, & aut pecuniā soluat, aut rē restituat: æquè absoluentus est. si verō neutrum horum faciat: cōdemnatio sequetur. sed si velit [rē] restituere, nec possit: fortè quōd

* Flo. & vulg. vel. *res abest, & lōgè est, velut in prouinciis: solet cautionibus res explicari. nam si cauerit se restitutorū: absoluitur. si verō dolo quidem desit possidere, summa autem operis, non possit rem ipsam restituere: tanti condemnabitur, quanti actor in litem iurauerit, sicut in ceteris in rem actionibus. nam si tanti condemnatus esset, quantū deberetur: quid proderat in rem actio, cum & in personā agēdo, idem consequeretur? Interdum etiam de fructibus arbitrari debet iudex: vt ex quo lis inchoata sit, ex eo tēpore etiam [de] fructibus condemnet. quid enim si minoris sit prædium, quā [quod] debetur? nam de antecedentibus fructibus nihil potest pronunciare, nisi exstent res.**

* Flo. ad- *fructibus nihil potest pronunciare, nisi exstent res.**
ditur, non *Sententia lata contra vnum, non potest mandari executioni contra alium: sed debet iterum agi hypothecaria: & ex sententia lata pro me, contra me non opponitur. Bartolus.*

¶ Creditor hypothecam sibi per sententiam adiudicatam quemadmodum habiturus sit, queritur. nam dominium eius vindicare non potest. sed hypothecaria agere potest:

* Flo. & *vt si exceptio obiiciatur à possessore, rei iudicatae replicet, si secundum me iudicatum non est.*
¶ Si pluri condemnatus sit debitor non restituendo pignus, quā computatio sortis & vsurarum faciebat: an si tantum soluerit, quantū debebat: exoneretur hypotheca? quod ego quidem, quantum ab subtilitate legis, & auctoritatem

ritatem sententiæ non probo. semel enim caussa transire videtur ad condemnationem, & inde pecunia deberi. sed humanius est, eum nõ amplius, quàm quod reuera debet, dando, hypothecam liberare. ¶ Aliena res vtiliter potest obligari sub conditione, si debitoris facta fuerit.

Si res obligatur pluribus diuersis momentis: cuilibet tenetur in solidum pro suo debito. si eodem momẽto, cuilibet pro parte tenetur: nisi aliud actum sit. Bartolus.

¶ Si duo pariter de hypotheca paciscatur: in quantũ quisque obligatam hypothecam habeat, vtrum pro quantitate debiti, an pro partibus dimidiis, queritur. & magis est, vt pro quantitate debiti pignus habeant obligatũ. sed vterq; si cũ possessore agat, quemadmodum? vtrũ de parte quisque, an de toto, quasi vtrique in solidum res obligata sit? quod erit dicendum, si eodem die pignus vtrique datũ est separatim. sed si simul illi & illi: si hoc actum est, vterque recte in solidũ aget: si minus: [aget] vnusquisque pro parte. ¶ Potest ita fieri pignoris datio hypothecæ, vt si intra certum tempus nõ sit soluta pecunia: iure emptionis * Flo. emptoris. possideat rem iusto precio tunc æstimandã. hoc enim casu videtur quodammodo conditionalis esse venditio. & & ita diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt.

XVII. VLP IANVS lib. xv. ad edictum.

P Ignoris persecutio in rem parit actionem creditori.

Qui habet quasi dominium, potest pignori obligare, quatenus istius iuris vires se extendunt. Bartolus.

XVIII. PAVLVS lib. xix. ad edictum.

S I ab eo, qui Publiciana vti potuit (quia dominium nõ habuit) pignori accepi: sic tuetur me per Seruianam prætor quemadmodum debitorem per Publicianam.

XIX. VLP IANVS lib. xxi. ad edictum.

Q Vi pignori plures res accepi, non cogitur vnã liberare, nisi accepto vniuerso, quantum debetur.

Si obligatur pensio, in creditorem transeunt viles actiones. Bartolus.

XX. IDEM lib. lxxiii. ad edictum.

C Vm conuenit, vt is, qui ad refectionem edificiij credit, de pensionibus iure pignoris ipse creditũ recipiat: etiam actiones viles aduersus inquilinos accipiet cautionis

Pars II. Digestorum lib. XX. Tit. I.

tionis exemplo, quam debitor creditori pignori dedit.

Pignus contrahitur per procuratorem vel gestorem ratihabitione secuta. Bartolus.

XXI. IDEM lib. LXXIII. ad edictum.

SI inter colonum & procuratorem meū conuenerit de pignore, vel ratam habente me conuentionē, vel mandate: quasi inter me & colonū meum cōuenisse videatur.

Si quasi dominus obligans conueniatur, non potest cum effectu de dominio excipere. Bartolus.

Si debitor seruum, quem à non domino bona fide emerat, & pignerat, teneat: Seruiantē locus est. & si aduersus eum agat creditor: doli replicatione exceptionem elidet. & ita Iulianus ait, & habet rationē. **¶** Quidquid commodi, siue incommodi fortuito pignori accessit: id ad debitorem pertinet.

Contra debitore non restituentē in hac actione nō iuratur in litē: secus si contra alium: & quod consecutum fuerit, restituetur. Bar.

¶ Si res pignerata non restituatur: lis aduersus possessorem erit estimanda. sed utique aliter aduersus ipsum debitorem, aliter aduersus quemuis possessorem. nam aduersus debitorem non pluris, quā quanti debet: quia non pluris interest. aduersus ceteros possessores etiam pluris: quia* quod amplius debito cōsecutus creditor fuerit, debitori restituere debet pigneraticia actione.

*Flo. &
quod.

Si fundi dominus succedit debitori pignoranti non confirmatur pignus: sed tenetur pignoraticia actione contraria ex persona defuncti. Bartolus.

XXII. MODESTINVS lib. VII. Differentiarum.

SI Titio, qui rem meam ignorante me, creditori suo pignori obligauerit, hæres exstitero: ex post facto pignus directò quidem non conualescit, sed utilis pigneraticia dabitur creditori.

XXIII. IDEM lib. III. Regularum.

Creditor prædia sibi obligata ex causā pignoris, locare rectē poterit. **¶** Pignoris obligatio etiā inter absentes rectē ex contractu obligatur.

XXIII. IDEM lib. V. Regularum.

IN quorum finibus emere quis prohibetur, pignus accipere non prohibetur.

Inutilis

Inutilis obligatio non dat ius retentionis. Bartolus.

XXV. IDEM lib. VIII. Regularum.

Cum vitiosè vel inutiliter contractus pignoris intercedat: retentioni locus non est, nec si bona creditoris ad fiscum pertineant.

Si debitor soluat creditori, recuperat pignora data fideiussori. B.

XXVI. IDEM lib. IIII. Responsorum.

Fideiussor impetrauit à potestate, vt & antequàm solueret, pignora ipse possideat, quasi satisfactorus creditoribus. nec satisfecit. modò hæres debitoris paratus est solvere creditoribus. quæro. an pignora fideiussor restituere cogendus sit? Modestinus respondit. cogendum esse.

Qui scribit contractum obligationis rei suæ, videtur obligationi consentire. Bartolus.

Pater Seij* emancipato filio facilè persuasit, vt quia mu-
tuam quantitatem acciperet à Septicio creditore, chiro-
graphum perscriberet sua manu filius eius (quod ipse im-
peditus esset scribere) sub commemoratione domus ad fi-
lium pertinentis pignori dandæ. quærebatur, an Seius in-
ter cætera bona, etiam hæc domum iure optimo posside-
re possit, cum patris se hæreditate abstinerit: nec me-
tuiti ex hoc solo, quod mādante patre manu sua perscri-
pserit instrumentum chirographi: cum neque consensum
suum accommodauerit patri, aut signo suo, aut alia scri-
ptura? Modestinus respondit. cum sua manu pignori do-
mum suam futuram Seius scripserat: consensum ei obli-
gationi dedisse, manifestum est.

*Res loco rei surrogata non cadit in obligationem: nisi ex re pri-
ma ortum habuerit. Bartolus.*

Lucius Titius prædia & mācipia, quæ in prædiis erant,
obligauit. hæres eius prædiis inter se diuisis, illis māci-
piis defunctis, alia substituerunt. creditor postea prædia
cū mancipiis distraxit. quæritur, an ipsa mācipia, quæ sunt
modo in prædiis cōstituta, hoc est in hypothecis emptor
vindicare rectè possit? Modestinus respōdit. si neque pi-
gnerata sunt ipsa mancipia, neque ex pigneratis ancillis
nata: minime creditoribus obligata esse.

*Si debitor rem pignoratam faciat deteriorem, creditori contra-
eum succurritur, licet contra debitorem ad debitum actionem non
habeat.*

*Flo. Sc.
io.

Pars II. Digestorum lib. XX. Tit. I.

habeat. Bartolus.

XXVII. MARCELLVS lib. V. Digestorum.

*Flo. satisfaciebat.

Seruum, quē quis pignori dederat, ex leuissima offensa vinxit, mox soluit: & quia debito nō satisfiebat, *creditor minoris seruū vendidit. an aliqua actio creditori in debitore constituenda sit, quia crediti ipsius actio nō sufficit ad id, quod deest, persequēdū? quid si eum interfecisset, aut eluscasset? vbi quidem interfecisset, ad exhibēdum tenetur: vbi autem eluscasset, quasi damni iniurię dabimus actionem ad [id,] quanti *interest: quod debilitando aut vinciendo persecutionem pignoris exinanierit. fingamus nullam nomine crediti actionē esse (quia fortē causa ceciderat) non existimo indignam rem animaduersione & auxilio pratoris. VIPIANVS NOTAT. si vt creditori noceret, vinxit: tenebitur. si merentem: non tenebitur.

*Flo. & vulg. quātum.

Stipulatio legatorum exstinguitur spe legati exstincta: & non transit ad eum, ad quem commodum legati transit, & idem in obligatione pignoris. Bartolus.

XXVIII. PAVLVS lib. III. Quæstionum.

*vulg. & Haloan-der addit, nomine.

Si legatī cōditionalis, *relictī filio familiās, pater ab hærede rem propriam eius pignori accepit: & mortuo patre, vel emancipato filio, conditio legati exstiterit: incipit filio legatum deberi: & neque pater potest pignus vindicare, neque filius, qui nunc habere cepisset actionē. [sed] nec ex præcedenti tempore potest quicquam iuris habere in pignore: sicut in fideiussore dicitur.

Generalis obligatio facta à defuncto nō porrigitur ad bona hæredis. Bartolus.

XXIX. IDEM lib. V. Responsorum.

Paulus respōdit, generalem quidem conuentionē sufficere ad obligationem pignori. sed ea, quæ ex bonis defuncti nō fuerūt, sed postea ab hærede eius ex alia causa acquisita sunt vindicari nō posse à creditore testatoris.

Partus rei pignorate cadit in obligationem, si à debitore percipitur. Bartolus.

Si mancipia in causam pignoris ceciderūt: ea quoque, quæ ex his nata sunt, eodem iure habēda sunt. quod tamē diximus etiā agnata teneri, siue specialiter de his cōueni- rit, siue non: ita procedit, si dominium eorum ad eum peruenit,

uenit, qui obligauit, vel heredē eius. cæterū apud alium dominum pepererint non erunt obligata.

Superficies solo pignoriato imposita cadit in obligationem. Bar.

¶ Domus pignori data exusta est: eamque aream emit Lucius Titius, & exstruxit. quæsitū est de iure pignoris? Paulus respondit. pignoris persecutionem perseuerare. & ideo ius soli superficiem secutam videri. (id est, cum iure pignoris) sed bonæ fidei possessores non aliter cogendos creditoribus ædificiū restituere: quā sumptus in exstructione erogatos, quatenus preciorior res facta est, recipere. ¶ Si sciente & cōsentiente domino seruus, vt omnia bona domini pignori obligata essent, conuenit: ipsum quoque, qui cauit, obligatum esse pignoris iure.

Creditor qui vendit iure creditoris, non tenetur de euictione: sed solum vt probet sibi rem obligatam fuisse. Bartolus.

XXX. IDEM lib. VI. *Responsorum.*

Periculum pignori nominis venditi ad emptorē pertinere: si tamen probetur, eas res obligatas fuisse.

Resoluto iure donationis, resoluitur ius acceptionis. Bartolus.

XXXI. SCAEVOLA lib. I. *Responsorum.*

Lex vectigali fundo dicta erat, vt si post certum temporis vectigal solutum non esset, is fundus ad dominū redeat. postea is fundus à possessore pignori datus est. quæsitum est, an rectè pignori datus est? respondit, si pecunia intercessit, pignus esse. ¶ Item quæsitum est, si cum in exsolutione vectigalis tam debitor, quā creditor cessassent: & propterea pronunciatum esset, fundum secundum legem domini esse: cuius potior causa esset? respondit, si (vt proponeretur) vectigali non soluto, iure suo dominus vlus esset: etiam pignoris ius euauisse.

Ea videntur inducta in prædium, quæ ad usum perpetuum inducuntur. Bartolus.

XXXII. IDEM lib. V. *Responsorum.*

Debitor pactus est, vt quæcunque in prædia pignori data, inducta, inuenta, importata, ibi nata, ortæ essent, pignori essent. eorum prædiorum pars sine colonis fuit: eaque actori suo colenda debitor tradidit, assignatis ei etiam seruis culturæ necessariis. quæritur, an & Stichus villicus, & cæteri serui ad culturā missi, & Stichus vicarij

Pars II. III. Digestorum lib. XX. Tit. I.

obligati essent? respondi. eos dumtaxat, qui hoc animo domino inducti essent, ut ibi perpetuo essent, non temporis causa accommodarentur, obligatos.

XXXIII. TRYPHONINVS lib. VIII. *Disputationum.*

IS qui promisit tibi aut Titio: solutum quidem Titio repetere non potest, sed pignus ei datum & ante solutionem recipit.

Appellatione tabernæ venit universitas mercantia, quæ ibi exercetur: & ideo cadit in obligationem, quæ tempore quo agitur, reperitur. *Barolus.*

XXXIII. SCAEVOLA lib. XXVII. *Digestorum.*

UM tabernæ debitor creditori pignori dederit, quæ situm est, utrum eo facto nihil egerit: an tabernæ appellatione merces, quæ in ea erant, obligasse videatur? & si eas merces per tempora distraxerit, & alias comparauerit, easque in eam tabernam intulerit, & decesserit: an omnia, quæ ibi deprehenduntur, creditor hypothecaria actione petere possit: cum & mercium species mutata sint, & res aliæ illata? respondi. ea, quæ mortis debitoris tempore in taberna inuenta sunt, pignori obligata esse videntur.

Idem quæ sit, cum epistola talis emissâ sit. *Δανεισθέντες τὰ ἀπὸ τοῦ δανειστή πωληθέντα, παρεκλήσθη, καὶ βεβαιώτων, ἀλλ' ὑποθήκη τὰ ἐμὲ λαβόν. διδασχὰς καὶ κερτῶς, ὅτι καὶ τὰ βέβαια καὶ οἱ δόλοί μὲ ὀφείλει κατέχονται, καὶ ὡς ἐν γήμονι ἀνθρώπων ὡς ἴσως εἴης.* quæritur, *an pignus contractum sit: an verò epistola nullius momenti sit, cum sine die & consule sit? respondit. cum convenisse de pignoribus videtur: non idcirco obligationem pignorum cessare, quod dies & consules additi, vel tabulæ signatæ non sint. Creditor pignori accepit à debitore, quidquid in bonis habet, habiturusve esset. quæsitum est, an corpora pecunie, quam idem debitor ab alio mutuam accepit, cum in bonis eius facta sint, obligata creditori pignori *esse cœperint? respondit, cœpisse.

XXXV. LABEO lib. I. *περὶ ἀνῶν à Paulo epitomatorum.*

INSULA, quam tibi ex pacto convento licuit vendere, combusta est: deinde à debitore tuo restituta: idem in noua insula iuris habes.

IN

* Flo. ea, an

* Flo. pignoris.

IN QUIBUS CAUSSIS PIGNVS
vel hypotheca tacite contrahitur. Titu. II.

Mutuant in refectionem domus tacite est obligata, sine domino,
sue conductori operis sit soluta pecunia. Bartolus.

I. PAPINIANVS lib. x. Responsorum.



Enatus consulto, * quod sub Marco Impera-
tore factum est, pignus insulae creditori da-
tum, qui pecuniam ob restitutionem aedificij
exstruendi mutuam dedit: ad eum quoque
pertinebit, qui redemptori domino mandan-
tum.

* Flo. Co
vul. sena-
tus consul-
tum.

te nummos administravit.

Inuecta & illata sunt tacite obligata pro pensionibus, & pro a-
lio interesse. Bartolus.

II. MARCIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

Pomponius libro quadagesimo variarum lectionum
scribit. non solum pro pensionibus, sed & si deterio-
rem habitationem fecerit culpa sua inquilinus: quo no-
mine ex locato cum eo erit actio: inuecta & illata pignori
erunt obligata.

Inuecta in horreum, vel in area iuncta domui, & ibi illata sunt
obligata pro pensione. Bartolus.

III. VLPIANVS lib. LXXIII. ad edictum.

Si horreum fuit conductum, vel diuerforium, vel area:
stacitam conuentionem de inuectis [&] illatis, etiam in
his locum habere, putat Neratius. quod verius est.

IIII. NERATIVS lib. I. Membrarum.

Eo iure utimur, ut quae in praedia urbana inducta, illa-
ta sunt: pignori esse credantur, quasi id tacite couene-
rit. in rusticis praediis contra obseruatur. ¶ Stabula, quae
non sunt in continetibus aedificiis, quorum ea praediorum
numero habenda sunt, dubitari potest. & quidem urbano-
rum sine dubio non sunt: cum a ceteris aedificiis separata
sint. quod ad causam tamen talis taciti pignoris pertinet,
non multum ab urbanis praediis differunt.

V. MARTIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

Pomponius libro decimo tertio variarum lectionum
scribit. si gratuitam habitationem conductor mihi pra-
stiterit: inuecta a me domino insulae pignori non esse. Item

4 B ij illud

Pars III. Digestorum lib. XX. Tit. II.

illud (inquit) videndum est, voluntate domini induci pignus ita posse, ut in partem debiti sit obligatum.

Fideiubendo videtur quis adprobare obligationem bonorum suorum ante factam, secus in ea qua fieret postea.

¶ Si quis fideiubeat, cum res illius à debitore, pro quo fideiussit, pignori data sit: bellissimè intelligitur, hoc ipso quod fideiubet, quodammodo mandare, res suas obligatas esse. sanè si postea sint eius res hypothecæ datæ: non erunt obligatæ.

Tacita vel facta obligatio manumissionis serui non impedit. Bar.

VI. VLP. IANVS lib. LXXIII. ad edictum.

Licet in prædiis urbanis tacite solet cōuentum accipi, ut perinde teneantur inuecta & illata, ac si specialiter cōuenisset: [tamen] certè libertati huiusmodi pignus non officit. Id quæ & Pomponius probat. ait enim, manumissioni non officere ob habitationem obligatum.

Fructus intelliguntur tacite obligati pro pensione. Bartolus.

VII. POMPONIVS lib. XIII. ex variis lectionibus.

In prædiis rusticis fructus, qui ibi nascuntur, tacite intelliguntur pignori esse domino fundi locati, etiam si nominatim id non conuenerit. ¶ Videndum est, ne non omnia illata, vel inducta: sed ea sola, quæ ut ibi sint, illata fuerunt: pignori sint. quod magis est.

Potest creditor fructus pignoris in vsuras compensare. Bar.

VIII. PAVLVS lib. II. Sententiarum.

Cum debitor gratuita pecunia utatur: potest creditor de fructibus rei sibi pignoratæ ad modum legitimum vsuras retinere.

Mancia specialiter obligata non possunt manumitti: sed obligata tacite sic antequam includantur. Bartolus.

IX. IDEM lib. singulari de officio præfæti vigilum.

m. manifesta.* **Est differentia obligatorum propter pensionem, & eorum, quæ ex cōuentione manifestaria *pignoris nomine tenentur: quod manumittere mancia obligata pignori non possumus, inhabitantes autè manumittimus: scilicet antè, quàm pensionis nomine præcludamur. tunc enim pignoris nomine retenta mancia non liberabimus: & derisus [est] Nerua iuriconsultus, qui per fenestram monstraauerat, seruos detentos ob pensionem liberari posse.

Per

Per obligationē ex causa transactionis videtur tacite actum, ut res veniat in obligationē primariam, si transactioni nō stet. *Bar.*

X. SCAEVOLA lib. VI. *Digestorum.*

Tutoris hæres, cum hærede pupilli trāsactione facta, cum ex ea maiorem partem soluisset, in residuā quantitatem pignus obligavit. quæsitum est, an in veterem cōtractum iure res obligata esset? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, obligatam esse.

QUÆ RES PIGNORI VEL HYPOTHECA DATA obligari non possunt. Tit. III.

I. MARTIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariam.



Vipillus sine tutoris auctoritate hypothecam dare non potest. Si filius familiās pro alio re peculiarem obligauerit, vel seruus: dicendum est, eam non teneri, licet liberā peculij sui administrationem habeant: sicut nec donare eis conceditur. non enim vsque quaque liberam habet administrationem. facti tamen est quæstio, si quærat, quousque eis permissum videatur peculium administrare. Eam rem, quam quis emere non potest, quia commercium eius non est: iure pignoris accipere non potest, ut diuus Pius Claudio Saturnino rescripsit. quid ergo si prædium quis litigiosum pignori acceperit, an exceptione sit summouendus? & Octauenus putabat, etiam in [his] pignoribus locum habere exceptionem. quod ita ait Scauola libro tertio variarū Quæstionum procedere, ut [et] in rebus mobilibus exceptio locum habeat.

Quando exceptio porrigitur ad fideiussorem, porrigitur etiam ad pignus datum ab alio. *Bartolus.*

II. GAIVS lib. singulari de formula hypothecaria.

Si aliquis pro muliere, quæ intercessit, dederit hypothecā, aut pro filio familiās, cui contra senatusconsultū *lim.* creditū est: an his succurratur, quæritur? & in eo quidem, qui pro muliere obligauit rem suam: facilius dicetur succurri ei, sicuti fideiussori huius mulieris eadē datur exceptio. sed & in eo, qui pro filio familiās rem suā obligauit: eadē dicenda erunt, quæ tractantur & in fideiussore eius.

Secundus creditor in ius prioris creditoris non succedit, nisi sit a-

Pars I.III. Digestorum lib.XX. Tit. I.II.

etiam: & cum actum est, succedit in pignus, & in potestate vendendi, Bartolus.

III. PAVLVS lib. III. *Questionum.*

A Risto Neratio Prisco scripsit. etiā si ita contractum sit, ut antecedens dimitteretur: non aliter in ius pignoris succedit, nisi conuenerit, ut sibi eadem res obligata esset. neque enim in ius pignoris ** succedere debet, qui*
** Flo. in ius primi.* ipse nihil conuenit de pignore. quo casu emptoris causa melior efficietur. denique si antiquior creditor de pignore vendendo cum debitore pactum interposuit: posterior autem creditor de distrahendo omisit, non per obliuionem, sed cum hoc ageretur, ne posset vendere: videamus, an dici possit, huc usque transire ad eum ius prioris, ut ** Flo. & iul. huius.* distrahere pignus ei ** liceat.* quod admittendum existimo. sepe enim, quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum habere potest.

Quando est in potestate debitoris, an perficiatur obligatio: illud tempus perfectionis inspicitur, non initium. secus si in eius potestate non esset. Bartolus.

III. IDEM lib. V. *Responsorum.*

T itius cum mutuum pecuniam accipere vellet à Mæuio, cavit ei, & quasdam res hypothecę nomine dare destinauit. deinde postquā quasdam ex his rebus vendidisset, accepit pecuniam. quæsitū est, an & prius res venditę creditori tenerentur? Respondit. cū in potestate fuerit debitoris, post cautionem interpositā pecuniam nō accipere: eo tempore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata est. & ideo inspiciendum, quas res in bonis debitor numeratę pecunię tempore habuerit.

V. IDEM lib. V. *Sententiarum.*

C reditor, qui sciens filium familiās à parente pignori accepit, relegatur.

QVI POTIORES IN PIGNORE
vel hypotheca habeantur: & de his, qui in priorum creditorum locum succedunt. Titu. III.

Quando in potestate debitoris est pecuniam non recipere, tempus solutionis inspicitur: quando non est in potestate, tempus obligationis contractę inspicitur. Bartolus.

I. PAPINIANVS lib. VIII. *Questionum.*

Vi dotem pro muliere promisit, pignus siue hypothecam de restituenda sibi dote accepit. subsecuta deinde pro parte numeratione, maritus eandem rem pignori alij dedit. mox residuæ quantitatis numeratio impleta est. quæbatur de pignore: cum ex causa promissionis ad vniuersæ quantitatis exsolutionem, qui dotem promisit, compellitur: non utiq; solutionum observanda sunt tempora, sed dies contractæ obligationis. nec probè dici [potest], in potestate eius esse, ne pecuniâ residuam redderet: ut minus dotata mulier esse videatur. alia causa est eius, qui pignus accepit ad eam summam, quam intra diem certum numerasset: ac fortè prius, quàm numeraret, alij res pignori data est.

Prior in tempore præfertur posteriori, siue generalem, siue specialem hypothecam habeat, nisi aliter actum sit. Bartolus.

II. IDEM lib. III. *Responsorum.*

Qui generaliter bona debitoris pignori accepit: eo potior est, cui postea prædium ex his bonis pignori datur: quamvis ex cæteris pecuniam suam redigere possit. quòd si ea conuètio prioris fuit, ut ita demum cætera bona pignori haberetur, si pecunia de his, quæ specialiter* accepit, seruari non potuisset: deficiente secunda conventionione, secundus creditor in pignore postea dato, non tam potior, quàm solus inuenietur.

*Flo. &
vulg. generaliter.

Pignora in obligatione nouante repetita, intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis. Bartolus.

III. IDEM lib. XI. *Responsorum.*

Creditor acceptis pignoribus, quæ [in] secunda conventionione secundus creditor [pignora] accepit, [ea] nouatione facta postea pignora prioribus addidit. superioris temporis ordinem manere primo creditori placuit, tàmquam in suum locum succedenti.

Si primo obligetur res debita: secundo eadem effecta propria: prior in tempore præfertur: nisi secundus in locum debentis rem successerit. Bartolus.

¶ Cum ex causa mandati prædium Titio, cuius* negotium fuerat gestum, deberetur: prius quàm ei possessio traderetur, id pignori dedit. post traditam possessionem idem

*Flo. casus

Pars II. III. Digestorum lib. XX. Tit. III. I.

prædium alij denuo pignori dedit. prioris causam potior-
rem esse apparuit: si non creditor secūdus precium ei, qui
negocium gesserat, soluisset. verum in ea quātitate, quam
soluisset, eiūsq; vsuris potior fore constitit: * nisi forte
prior ei pecuniam offerat. quod si debitor pecuniam aliū-
de soluisset: priorem præferendum.

*Flo. con-
stare. vul.
constaret.

*Facto pacto quod liceat vendere, intelligitur res obligata. Item
pignus in parte indiuisa durat pro indiuiso etiam post diuisionem
inter socios factam. Bartolus.*

Post diuisionem regionibus factam inter fratres conue-
nit, vt si frater agri portionem pro indiuiso pignori datā,
à creditore suo non liberasset: ex diuisione quæsitæ par-
tis partem dimidiam alter distraheret. pignus intelligi cō-
tractum existimaui, sed priorem secundo non esse potio-
rem: quoniam secundum pignus ad eam partem directum
videbatur, quam vltra partem suam frater non consentiē-
te socio non potuit obligare.

*Ius secundi creditoris confirmatur, si pignus seu ius primi libe-
ratur solutione vel compensatione, vel alio modo. Bartolus.*

III. POMPONIUS lib. XXV. ad Sabinum.

Si debitor, antequam à priore creditore pignus libera-
ret, idem illud ob pecuniam creditam alij pignori de-
didisset: & antequam vtrique creditore solueret debitum,
rem aliam priori creditore vendiderat, creditumque pen-
sauerat cum precio rei venditæ. dicendum est, perinde ha-
beri debere, ac si priori creditore pecunia soluta esset. nec
enim interesse, soluerit, an pensauerit. & ideo posterioris
creditoris causa est potior.

*Ratione causæ posterior potest esse potior priore: veluti si ad re-
conseruandam posterior creditor debitori crediderit. Bartolus.*

V. VLPIANVS lib. III. Disputationum.

Interdum posterior potior est priore. vtrputa si in rem
istam conseruandam impensum est, quod sequens credi-
dit: veluti si naus fuit obligata, & ad armandam eam, vel
reficiendam ego credidero.

VI. IDEM lib. LXXIII. ad edictum.

Huius enim pecunia saluam fecit totius pignoris causam.
quod poterit quis admittere, & si in cibaria nau-
tarum fuerit creditum, sine quibus naus salua peruenire
non

non poterat. Item si quis in merces sibi obligatas crediderit, vel ut saluæ fiant, vel ut naulum exsoluatur: potentior erit, licet posterior sit. nam & ipsum naulum potentius est. tantundem dicitur, & si merces horreorum, vel aræ, vel vettura iumentorum debetur. nam & hic potentior erit.

In re emptæ per tutorem ex pecunia pupilli præfertur pupillus anterioribus creditoribus: quatenus ex eius pecunia sit solutum. h. d. secundum unam lectionem. nec per hoc aliqua iniuria fit creditori primo. nam cum debitor non haberet rem, nisi ex pecunia pupilli emptæ esset, merito pupillus præfertur. Bartolus.

VII. IDEM lib. III. Disputationum.

Idemque est, si ex numis pupilli fuerit res comparata. Iquare si duorum pupillorum numis res fuerit comparata: ambo in pignus concurrent pro his portionibus, quæ in rei precium fuerint expensæ. quod si res non in totum ex numis cuiusdam comparata est: erit concursus utriusque creditoris, id est, & antiquioris, & eius, cuius nummis comparata est.

Si duobus res simul obligatur sub conditione, qua simul existit, ambo concurrunt in pignore. Bartolus.

Si tibi, quæ habiturus sum, obligauerim: & Titio specialiter fundum, si in dominium meum peruenerit: mox dominium eius adquisiero: putat Marcellus, concurrere utrumque creditorem & in pignore. non enim multum facit, quod de suo nummos debitor dederit: quippe cum res ex nummis pigneratis emptæ, non sit pignerata ob hoc solum, quod pecunia pignorata erat.

Res publica vel priuatus prior in tempore, præfertur fisco in iure. B.

VIII. IDEM lib. VII. Disputationum.

Si pignus specialiter res publica accepit: dicendum est, præferri eam fisco debere, si postea fisco debitor obligatus est: quia & priuati præferuntur.

Tempus conventionis inspicitur, si non est in potestate debitoris, an debitum contrahatur, vel conditio impleatur. sed si in eius fuerit potestate, tempus quo cedit & venit dies obligationis, inspicitur. B. † Hinc locum explicat

IX. AFRICANVS lib. VIII. Questionum.

Qui balineum ex kalendis proximis † cōduxerat: pactus Antiochus erat, ut homo Eros pignori locatori esset, donec *gu. lib. 4.* mercedes soluerentur. idem ante kalendas Iulias *cap. 14.* eundem

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. III.

eundem Erotem alij ob pecuniā creditam pignori dedit: consultus, an aduersus hunc creditorem petentem Erotē, locatorem prætor tueri deberet? Respondit debere. licet enim eo tēpore homo pignori datus esset, quo nondū quicquam pro cōductione deberetur: quoniam tamē iam tum in ea causā Eros esse cœpisset, vt inuito locatore ius pignoris in eo solui non posset: potiore eius causā habendam. ¶ Amplius etiam sub conditione creditorem tuendum putabat aduersus eum, cui postea quidquā deberi cœpit: si modò non ea conditio sit, quæ inuito debitore impleri nō possit. Sed & si hæres ob ea legata, quæ sub cōditione data erant, de pignore rei suæ conuenisset: & postea eadem ipsa pignora ob pecuniā creditā pignori dedit, ac pōt conditio legatorum exstitit: hic quoque tuendum eum, cui prius pignus datum esset, existimauit.

Pignus super re aliena contractum, non potest confirmari, si tempore, quo causā confirmationis euenit, res in bonis debitoris non reperiatur. Bartolus.

¶ Titia prædium alienum Titio pignori dedit. pōt Mæuius. deinde domina eius pignoris facta, marito suo in dotē æstimatū dedit. si Titio soluta sit pecunia: non ideo magis Mæuij pignus cōualescere placebat. tūc enim priore dimisso, sequētis pignus cōfirmatur, cū res in bonis debitoris inueniatur. in proposito autem maritus emptoris loco est. atq; ideo, quia neq; tunc, cū Mæuius obligaretur, neq; cum Titio solueretur, in bonis mulieris fuerit: nullū tēpus inueniri, quo pignus Mæuius * conualescere possit. hæc tamen ita, si bona fide in dotem æstimatum prædium maritus accepit: id est, si ignorauit Mæuius obligatum esse.

¶ Flo. Mæui.

In pignoribus captis ex causā iudicati, qui prior est in tempore, potior est in iure. Bartolus.

X. VLPIANVS lib. I. Responsorum.

SI & iure iudicatum, & pignus in causā iudicati ex auctoritate eius, qui iubere potuit, captum est: priuilegiis temporis fore potiores hæredem eius, in cuius personam pignus constitutum est.

Si obligatio conditionalis purificetur, retro non trahitur, si fuerit conditio potestativa, secus si casualis. Bartolus.

XI. GAIVS lib. singulari de formula hypothecaria.

Potior

Potior est in pignore, qui prius credidit pecuniam, & accepit hypothecam: quamvis cum alio antè conueniat, ut si ab eo pecuniam accepit, res sit obligata, licet ab hoc postea accepit. poterat enim, licet antè conuenit, non accipere ab eo pecuniam. videamus, an idem dicendum sit, si sub cōditione stipulatione facta, hypotheca data sit: quæ pendente alius credidit purè, & accepit eandem hypothecam: tunc deinde prioris stipulationis existat conditio: ut potior sit, qui postea credidisset. sed vereor, num hic aliud sit dicendum. cum enim semel conditio existit: perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. quod & melius est.

Licet obligatio principalis sit pura, si tamē obligatio pignoris est sub conditione potestativa contracta, tempus existentis conditionis inspicitur. Bartolus.

PSi colonus conuenit, ut inducta in fundum, illata, ibi nata pignori essent: & antequā inducat, alij rem hypothecæ nomine obligauerit, tunc deinde eam in fundū induxerit: potior erit, qui specialiter purè accepit: quia non ex conuentione priori obligatur, sed ex eo quod inducta res est, quod posterius factum est.

Si obligantur partus vel fructus futuri, requiritur quod res sit in bonis debitoris tempore obligationis. Bartolus.

PSi de futura re cōuenerit, ut hypothecæ sit (sicuti est de partu:) hoc quæritur, an ancilla conuentionis tempore in bonis debitoris fuit. & in fructibus, si conuenit, ut pignori sint: æquè quæritur, an fundus, vel ius utendi fruendi conuentionis tempore debitoris fuerit.

Posterior creditor habet ius offerendi priori, & sibi pignus confirmare. Bartolus.

PSi paratus est posterior creditor priori creditori soluere, quod ei debetur: videndū est, an competat ei hypothecaria actio, nolente priore creditore pecuniam accipere. & dicimus, priori creditori inutilem esse actionem: cum per eum fiat, ne ei pecunia soluatur.

Prior in tēpore cōtra secundū creditorem agentē habet exceptionem, & contra excipientem replicationem ex prioritate tēporis. B.

CXII. MARTIANVS lib. sing. ad formulā hypothecariam.
Reditur qui prior hypothecā accepit, siue possideat eam,

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. IIII.

eā, & alius vindicet hypothecaria actione: exceptio prior
 ti utilis est, SI NON MIHI ANTE PIGNORI HY
 POTHECAEVE NOMINE SIT RES OBLIGA
 TA. siue alio possidente, prior creditor vindicet hypo
 thecaria actione, & ille excipiat, SI NON CONVE
 NIT, VT SIBI RES SIT OBLIGATA: hic in mo
 dum suprà relatum replicabit. sed si cū alio possessore cre
 ditor secundus agat: rectè ager, & adiudicari poterit ei
 hypotheca: vt tamen prior cum eo agēdo auferat ei rem.

*Qui soluit litis aestimationem primo creditori, non liberatur à
 secundo. Bartolus.*

¶ Si quoniā non restituebat rem pignoratā possessor, con
 denatus ex prefatis modis litis aestimationē exsoluerit: an
 perinde secūdo creditori teneatur, ac si soluta sit pecunia
 priori creditori, querit̃ & rectè puto hoc admittēdū esse.

*Qui prior de hypothecariis creditoribus conuenit, potior est a
 lio qui prius conuenit de debito. Bartolus.*

¶ Si primus, qui sine hypotheca credidit, post secundum,
 qui vtrumque fecit, ipse hypothecam accepit: sine dubio
 posterior in hypotheca est. Vnde si in diē de hypotheca
 cōuenit: dubiū non est, quin potior sit, licet ante diē cum
 alio creditore purē de eadē re conuenit. ¶ Si idem bis, id
 est, ante secundum & post eum crediderit: in priore pecu
 nia potior est secundo, in posteriore tertius est.

*Si res obligata alteri obligetur de voluntate creditoris, quo ad illū
 prior hypotheca inutilis est: quo ad alios inspicitur, quod aliū est. B.*

¶ Si tecum de hypotheca paciscatur debitor, deinde idē
 cum alio tua voluntate: secundus potior erit. pecunia au
 tem soluta secundo, an rursus teneatur tibi, rectè quæri
 tur. erit autem facti questio agitāda, quid inter eos actum
 sit: vtrum vt discendatur ab hypotheca in totū, [cū] prior
 concessit creditor alij obligari hypothecam: an vt ordo
 seruetur, & prior creditor secundo loco constituatur.

*Potest quis in suūmet locum succedere: & ratio prioritatis facit
 vt possit quis inuito alio pignus vendere. Bartolus.*

¶ Papinianus libro vndecimo respōdit. si prior creditor,
 postea nouatione facta, eadem pignora cum aliis accepit:
 in suum locum eum succedere. sed si secundus non offer
 rat pecuniam: posse priorem vendere, vt primam tantū
 pecuniam

pecuniam expensam ferat, non etiam, quam postea creditur: & quod superfluum ex anteriore credito accepit, hoc secundo restituat.

Secundus creditor habet rem obligatam tam pro credito suo, quam pro sorte & usuris, quas primo creditori soluit. Bartolus.

¶ Sciendum est, secundo creditori rem teneri etiam inuito debitore, tam in suum debitum, quam in primi creditoris: & in usuras suas, & quas primo creditori soluit. sed tamen usurarum, quas creditori primo soluit, usuras non consequetur. non enim negotium alterius gessit, sed magis suum. & ita Papinianus libro tertio Responsorum scripsit, & verum est.

Secundus creditor contra omnes est potior excepto primo. Bar.

¶ Si simpliciter conuenisset secundus creditor de hypotheca: ab omni possessore eam auferre poterit, præter priorem creditorem, & qui ab eo emit.

Tertius qui succedit in locum primi, potior est secundo. Barto.

¶ A Titio mutuatus, pactus est cum illo, ut ei prædium suum pignori hypothecæ esset. deinde mutuatus est pecuniam a Mæuio, & pactus est cum eo, ut si Titio deserit prædium teneri, ei teneatur. tertius deinde aliquis dat tuam pecuniam tibi, ut Titio solueres: & paciscitur tecum, ut idem prædium ei pignori hypothecæ sit, & locum eius subeat. num hic Mæuius * tertio potior est, qui pactus est, ut Titio soluta pecunia, impleatur conditio: & tertius de sua negligentia queri debeat? sed tamen & hic tertius creditor secundo præferendus est.

* Floren.
medius.

Non solum qui soluit, sed qui patitur pignus vendi, ut priori seu potiori soluatur, potest in prioris creditoris locum succedere. Barto.

¶ Si tertius creditor pignora sua distrahi permittat ad hoc, ut priori pecunia soluta, in aliud pignus priori succedat: successurum eum Papinianus libro undecimo Responsorum scripsit. & omnino secundus creditor nihil aliud iuris habet, nisi ut soluat priori, & loco eius succedat.

Potest prior impedire secundum volentem vendere, licet ipse vendere non possit. Bartolus.

¶ Si priori hypotheca obligata sit, nihil verò de venditione conuenierit, posterior verò de hypotheca vendenda conuenierit: verius est, priorem potiorē esse. nam & in pignore

Pars II. Digestorum lib. XX. Tit. III.

pignore placet, si prior conuenerit de pignore: licet posteriori res tradatur, adhuc potiore esse priorem.

Conuentio quod pignora pertineant ad vtrumque, intelligitur eo ordine, quo solui debuit principale debet, nisi aliud actum sit. B.

XIII. PAVLVS lib. V. ad Plantium.

Insulam tibi vendidi. & dixi prioris anni pensionem mihi, sequentium tibi accessuram, pignorumque ab inquilino datorum ius vtrumque consecuturum. Nerua, Proculus, nisi ad vtramque pensionem pignora sufficerent, ius omnium pignorum primum ad me pertinere: quia nihil aperte dictum esset, an communiter ex omnibus pignoribus summa pro rata seruetur. si quid superesset: ad te. PAVLVS. facti questio est. sed verisimile est id actum, ut primam quamque pensionem pignorum causa sequatur.

Qui prior est in tempore, potior est in iure, quando ab eodem pignora sunt accepta: si vero à diuersis non dominis, tunc possessor est potior. Bartolus.

XIII. IDEM lib. XIII. ad Plantium.

Si non dominus duobus eandem rem diuersis temporibus pignoraueit: prior potior est: quauis si à diuersis non dominis pignus accipiamus, possessor melior sit.

XV. IDEM lib. LXVIII. ad edictum.

Etiam superficies in alieno solo posita pignori dari potest: ita tamen, ut potior causa domini sit soli, si non soluatur ei salarium.

Si primus creditor à tertio superatur, non praedicit secundus: quia per hoc non succedit tertius in locum primi: & sententia inter alios lata aliis non praedicit. Bartolus.

XVI. PAVLVS lib. III. Questionum.

Claudius Felix eundem fundum tribus obligauerat: Eutybianæ primū, & deinde Turboni, tertio loco alij creditori. cū Eutybianæ de iure suo doceret, superata apud iudicem à tertio creditore, nō prouocauerat. Turbo apud aliū iudicē victus, appellauerat. quærebatur, vtrū tertius creditor etiā Turbonem superare deberet, qui primam creditricem expulerat: an ea remota, Turbo tertium excluderet? planè cū tertius creditor, [qui] primū de sua pecunia dimisit, in locum eius substituatur in ea quantitate, quā superiori exsoluit: fuerunt igitur, qui dicerent, hic quoque

quoque tertium creditore potiolem esse debere. mihi nequaquam hoc iustum esse videbatur. pone primam creditricem in iudicio convenisse tertium creditorem, & exceptionem, aliove quo modo à tertio superatam. nūquid adversus Turbonem, qui secundo loco crediderat, tertius creditor, qui primam vicit, exceptione rei iudicatæ vti potest? aut contrā: si post primum iudiciū, in quo prima creditrix superata est à tertio creditore, secundus creditor tertium obtinuerit: poterit vti exceptione rei iudicatæ adversus primam creditricem? nullo modo, ut opinor. igit nec tertius creditor successit in eius locum, quæ exclusit: nec inter alios res iudicata alij prodesse aut nocere solet: sed sine præiudicio prioris sententiæ totū ius alij creditori integrū relinquit.

Emptor pignoris potest ex pacto in locum prioris creditoris succedere, si ad eum precium pervenerit. Bartolus.

XVII. IDEM lib. VI. *Responsorum.*

Qui * à debitore suo prædium obligatum comparavit: * *Florent.*
quatenus tuendum, quatenus ad priorem creditorem
ex precio pecunia pervenit. *eum qui.*

Qui prior est tempore in sorte, intelligitur etiam esse prior in iure. Bartolus.

XVIII. SCAEVOLA lib. I. *Responsorum.*

Lucius Titius pecuniam mutuam dedit sub usuris, acceptis pignoribus: eidemque debitori Mæuius sub iisdem pignoribus pecuniam dedit. quæro, an Titius non tantum fortis, & earum usurarum nomine, quæ accesserunt antè, quam Mæuius crederet: sed etiam earum, quæ postea accesserunt, potior esset? Respondit. Lucium Titium in omne, quod ei debetur, potiolem esse.

Possessor iustus habet ius offerendi priori creditori, & cedendam actionem impetrandi. Bartolus.

XIX. IDEM lib. V. *Responsorum.*

Mulier in dotem dedit marito prædium pignori obligatum: & testamento maritum, & liberos ex eo natos, item ex alio, hæredes instituit. creditor, cum posset hæredes convenire idoneos, ad fundum venit. quæro, an si ei iustus possessor offerat, compellendus sit ius nominis cedere? Respondit, posse videri non iniustum postulare.

Secundus creditor confirmat sibi pignus solvendo primo debitum quod

Pars II. Digestorum lib. XX. Tit. III.

quod praedit: nec tenetur offerre debitum ei, quod postea est factum, cum in eo non sit potior. Bartolus.

XX. TRIPHONINVS lib. VIII. Disputationum.

Querebatur. si post primum contractum tuum, ante quam aliam tu pecuniam crederes, eidem debitori Seius credidisset quinquaginta: & hyperochā huius rei, quae tibi pignori data esset, debitor obligasset: dehinc tu eidem debitori crederes forte quadraginta, quod plus est in precio rei, quam primo credidisti: utrum ei ob quinquaginta, an tibi in quadraginta cederet, pignoris hyperocha? finge Seium paratum esse, offerre tibi summam primo ordine creditam? dixi, consequens esse, ut Seius potior sit in eo, quod amplius est in pignore: & oblata ab eo summa primo ordine credita, usurarumque eius, postponatur primus creditor in summa, quam postea eidem debitori credidit.

In pari causa qui prior est tempore, potior est in iure etiam in quaestus post utriusque obligationem. Bartolus.

XXI. SCAEVOLA lib. XXVII. Digestorum.

Titius Seia ob summam, qua ex tutela ei condemnatus erat, obligavit pignori omnia bona sua, quae habebat, quaeque habiturus esset. postea mutuatus a fisco pecuniam, pignori ei res suas omnes obligavit: & intulit Seia partem debiti, & reliquam summam novatione facta eidem promisit. in qua obligatione similiter, ut supra, de pignore convenit. quaesitum est, an Seia praefenda sit fisco & in illis rebus, quas Titius tempore prioris obligationis habuit: item in his rebus, quas post priorem obligationem adquisiuit, donec uniuersum debitum suum consequatur? respondit, nil proponi, cur non sit praefenda.

Prinatus habens hypothecam expressam, praefertur Fisco & Caesari postea contrahenti. Bartolus.

Negociatori marmorum creditor sub pignore lapidum, quorum precia venditores ex pecunia creditoris acceperant, [numeravit] idem debitor conductor horreorum Caesaris fuit. ob quorum pensiones aliquot annis non solutas, procurator exactioni praepositus, ad lapidum venditionem officium suum extendit. quaesitum est, an iure pignoris eos creditor retinere possit? Respondit, secundum ea, quae proponerentur, posse.

DE

DE DISTRACTIONE PIGNORVM & hypothecarum. Titulus V.

Secundus creditor in hypotheca non potest pignus vendere, nisi
præcedente dimisso: sed si vendidit, à præcedente creditore conueniri
non potest, sed emptor poterit hypothecaria conueniri. Bartolus.

I. PAPINIANVS lib. XXVI. *Questionum.*



Reditor, qui prædia pignori accepit, & post
alium creditorem, qui pignorum conuentio-
nem ad bona debitoris contulit, ipse quoque
simile pactum bonorum ob alium aut eundem
contractum interposuit. ante secundum cre-
ditorem dimissum, nullo iure cætera bona titulo pignoris
vendidit. sed ob eam rem in personam actio contra eum
creditori, qui pignora sua requirit, non cõpetit. [sed] nec
utilis danda est, nec furti rerum mobiliũ gratia recte con-
uenietur: quia propriam causam ordinis errore ductus
persecutus videtur: præsertim cum alter creditor furto
possessionem, quæ non fuit apud eum, non amiserit. ad ex-
hibendum quoque frustra litem excipiet: quia neq; possi-
det, neque dolo fecit, vt desineret possidere. sequitur, vt
secundus creditor possessores interpellare debeat.

Licet fideiussor emat pignus: tamen debitori, vel secundo soluen-
ti restituere cogetur, licet extraneus emptor cogi non posset. Barto-

II. IDEM lib. II. *Responsorum.*

Fideiussor conuentus, officio iudicis adsecutus est, vt
emptionis titulo prædium creditori pignori datũ su-
sciperet. nihilominus alteri creditori, qui postea sub eodẽ
pignore contraxit, offerendę pecunię, quam fideiussor de-
pendit, cũ vsuris medi j temporis facultas erit, nam huius-
modi venditio, transferendi pignoris causa, necessitate
iuris fieri solet.

Qui emit à creditore primo, irreuocabiliter possidet. sed qui e-
mit à debitore, licet precium soluatur primo creditori, poterit conue-
niri, si solum precium ei offeratur. Bartolus.

III. IDEM lib. III. *Responsorum.*

Cum prior creditor pignus iure conuentionis vendi-
dit: secundo creditori nõ superesse ius offerendę pe-
cunię conuenit. si tamen debitor, non interueniente cre-

4 C ditore,

Pars II. Digestorum lib. XX. Tit. V.

ditore, pignus vendiderit, eiusque precium priori creditori soluerit: emptori poterit offerri, [&] quod ad alium creditorem de nummis eius peruenit, & usuræ medij temporis. nihil enim interest, debitor pignus datum vedit, an denuo pignori obliget.

Non potest pignus vendi, antequam debitor sit in mora soluendi. B.

IIII. IDEM lib. X. Responsum.

* *Floren. profertur, erat: sed aptatum, confertur.* C Vm soluenda pecuniæ dies pacto confertur*: conuenisse videtur, ne prius vendendi pignoris potestas exerceatur.

Creditor potest vendere pignus pro eo quod sibi debetur, & pro eo quod priori obtulit creditori. Bartolus.

V. MARCIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

C Vm secundus creditor, oblata priori pecunia, in locum eius successerit: venditionem ob pecuniam solutam & creditam recte facit.

Secundus creditor vel fideiusor non emit inuocabiliter. Bart.

¶ Si secundus creditor vel fideiusor, soluta pecunia, pignora susceperunt: recte eis offertur, quamvis emptionis titulo ea tenuerunt.

VI. MODESTINVS lib. VIII. Regularum.

C Vm posterior creditor à priore pignus emit, non tam adquirendi dominij, quam seruandi pignoris sui causa intelligitur pecuniam dedisse. & ideo offerri ei & à debitore potest.

Si creditor iuste pignus vendidit extraneo, non potest debitor recuperare rem, nisi ex pacto, vel ratione minoris ætatis. Bartolus.

VII. MARCIANVS lib. singulari ad formulam hypothecariam.

S I creditor pignus vel hypothecam vendiderit hoc pacto, vt liceat sibi reddere pecuniam, & pignus recuperare: an si paratus sit debitor reddere pecuniam, consequi id possit? & Iulianus libro vndecimo Digestorum scribit. recte quidem distractum esse pignus: ceterum agi posse cum creditore, vt si quas actiones habeat, eas cedat debitori. quod sed Iulianus scribit in pignore, idè & circa hypothecam est. ¶ Illud inspiciendum est, an liceat debitori, si hypotheca venierit, pecunia soluta eam recuperare. & si quidem ita venierit, vt si intra certum tempus à debitore pecunia soluta fuerit, emptio rescindatur: intra illud tempus

De distractione pignorum & hypothec. 532

pus pecunia soluta recipiet hypothecam. si verò tempus præterit, aut si non eo pacto res venierit: non potest rescindi venditio. nisi minor sit annis viginti quinque debitor, aut pupillus, aut reipublicæ causa absens, vel in aliqua earum causarum erit, ex quibus edicto succurritur.

Pactum de non vendendo adpositum ab eo qui habet ius in re, impedit venditionem. Bartolus.

¶ Queritur: si pactum sit à creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, quid iuris sit: & an pactio nulla sit talis, quasi contra ius sit posita, ideoque venire possit: & certum est, nullam esse venditionem, ut pactio stetur.

Potest creditor unum eligere ex pignoribus quod voluerit ut vendat: quod nota: quia est contra opinionem rusticorum. Bartolus.

VIII. MODESTINVS lib. IIII. Regularum.

Creditoris arbitrio permittitur: ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit, distractis: ad suum commodum peruenire.

Venditio non liberat debitorem, nisi precio creditori soluto. B.

IX. PAVLVS lib. III. Questionum.

Questum est. si creditor ab emptore pignoris precium servare non potuisset: an debitor liberatus esset? putavi, si nulla culpa imputari creditori possit, manere debitorem obligatum: quia ex necessitate facta venditio non liberat debitorem, nisi pecunia percepta.

Pactum de superfluo non soluendo creditori est superfluum: quia tacite inesse intelligitur. Bartolus.

¶ Pomponius autem lectionum libro secundo scripsit ita. quod in pignoribus dandis adiici solet, ut quò minus pignus venisset, reliquum debitor redderet: superuacuum est: quia ipso iure ita se res habet, etiam non adiecto eo.

Creditor non tenetur, de cuius ratione: ipse tamen non potest evincere. B.

X. IDEM lib. VI. Responsorum.

Et si is, qui lege pignoris emit, ob evictionem rei redire ad venditorem non potest: tamen non esse audiendum creditorem, qui fundum vendidit, si velit eiusdem rei ex alia causa questionem mouere.

Divisio coheredum non impedit ius creditoris pignus vendere volentis. Bartolus.

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. v.

XI. SCAEVOla lib. I. *Responsorum.*

Arbiter diuidendæ hæreditatis cum corpõra hereditaria diuississet: nomina quoque communium debitorum separatim singulis in solidum adsignauit. quæsitum est, an debitoribus cessantibus pro solido *pignus vendere quisque possit? respondi, posse.

Creditor potest emere pignus à debitore. Bartolus.

XII. TRIPHONINVS lib. VIII. *Disputationum.*

Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papi-
niano, creditorem à debitore pignus emere posse: quia in dominio manet debitoris.

Quicquid ex re pignori data, vel eius occasione consequitur creditor, pignus extenuat, si id irrenocabiliter consequitur: aliàs debitoris liberatio ex futuro pendebit euentu. Bartolus.

Si aliena res pignori data fuerit, & creditor eam venderit: videamus, an precium, quod percepit creditor, liberet debitorem personali actione pecuniæ creditæ. quod verè responderetur, si ea lege vendidit, ne cuius actionis nomine obligaretur: quia ex contractu, & quali quali obligatione à debitore interposita, certè ex occasione eius redactum, id precium æquius proficeret debitori, quàm creditoris lucro cederet. sed quantum quidem ad creditorem, debitor liberatur. quantum verò vel ad dominum rei, si necdum pignus euictum est, vel ad emptorem post euictionem: ipse debitor vtili actione tenetur, ne ex aliena iactura sibi lucrum adquirat. Nam & si maiores fructus (fortè petens à fideiussore*) creditor abstulit: vniuersos in quantatatem debitam acceptò ferre debeat. ¶ Et cum per iniuriam iudicis domino rem, quæ debitoris non fuisset, abstulisset creditor, quasi obligatam sibi: & quæreretur, an soluto debito, restitui eam oporteret debitori? Scæuola noster restituendam probauit. quod si non ita vendidit, vt certum sit omnimodo apud eum precium remansurum, verum obligatus est ad id restituendum: arbitror interim quidem nihil à debitore peti posse, sed in suspensio haberi liberationem. verum si actione ex empto conuentus, præstitisset [precium] creditor emptori: debitum persequi eum à debitore posse, quia adparuit non esse liberatum.

Creditor tenetur inra cedere, & possessionem tradere. Bartol.

XIII.

XIII. PAVLVS. lib. I. *Decretorum.*

Creditor qui iure suo pignus distrahit, ius suum cedere debet: & si pignus possidet, tradere vtique debet possessionem.

XIII. SCAEVOLA lib. VI. *Digestorum.*

Arbiter diuidendæ hereditatis inter hæredes, cum corpora hereditaria diuississent, nomina quoque communium debitorum separatim diuersa singulis in solidum adsignauerunt. Quæsitum est, an vnusquisque eorum, debitore sibi addicto cessante in solutione, pro solido * pi- * *solvendo* pignus sub eo nomine obligatum vendere possit? Respon- *FL.* dit potuisse.

*QVIBVS MODIS PIGNVS
vel hypotheca soluitur. Titulus VI.*

Is cuius pecunia pignus liberatur, non succedit in ius debitoris quo ad actionem, sed quo ad exceptionem sic. Bartolus.

I. PAPINIANVS lib. XI. *Responsorum.*

Debitoris absentis amicus negocia gessit, & pignora citra emptionem pecunia sua liberauit. ius pristinum domino restitutum videtur. igitur qui negotium gessit, vtilem Seruianam dari sibi non rectè desiderabit. si tamen possideat exceptione doli defenditur.

Vitiato expresse non vitatur tacitum, si non est eadem ratio vitandi vtrumque. Bartolus.

Cum venditor, numerata sibi parte precij, prædiū quod venierat, pignori accepisset: ac post ea residuum precium emptori, literis ad eum missis, donasset: eoque defuncto, donationem quibusdam modis inutilem constaret: iu * *Floren.* re pignoris fiscum frustra petere prædium, qui successerat *et vul. cō* in locum venditoris, apparuit, cuius pignoris solutum *estabat.* se pactum prima voluntate donatoris * constabat: quo- * *Floren.* niam inutilem pecuniæ donationem lex facit, cui non est *et vulga:* locus in pignore liberando. *donationis*

Mutata persona ex parte rei cautiones iudiciariæ extinguuntur. Bartolus.

Defensor absentis cautionem iudicatum solui præstitit. in dominum iudicio postea translato, fideiussores ob rem

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. VI. 110

iudicatum, quos defensor dedit, non tenebuntur. [sed] nec pignora, quæ dederunt.

Possessor qui litis æstimationem soluit creditori, excipit contra dominum vindicantem, nisi sibi debitum offerat. Bartolus.

II. CAIVS lib. x. ad edictum provinciale.

SI creditor Seruiana actione pignus à possessore petierit, & possessor litis æstimationem obtulerit, & ab eo debitor rem vindicet: non aliter hoc facere concedetur, nisi prius debitum ei offerat.

Si ius debitoris obligantis resolvitur ex causa antecedente necessaria, resolvitur pignus, secus si ex causa voluntaria. Bartolus.

III. VLPPIANVS lib. VIII. Disputationum.

SI res distracta fuerit sic, NISI INTRA CERTVM DIEM MELIOREM CONDITIONEM INVENISSET, fueritque tradita: & forte emptor, antequam melior conditio offerretur, hanc rem pignori dedisset: Marcellus libro quinto Digestorum ait, finiri pignus, si melior conditio fuerit allata: quamquam ubi sic res distracta est, NISI EMPTORI DISPLICUISSET, pignus finiri non putet.

IIII. IDEM lib. LXXIII. ad edictum.

SI debitor, cuius res pignori obligatæ erant, seruum, quem emerat, redhibuerit: an desinat Seruianæ locus esse? & magis est, ne desinat: nisi ex voluntate creditoris hoc factum est.

Qui consentit venditioni pignoris, videtur ius suum remittere, nisi contrarium fuerit protestatus, vel venditio non tenuerit. Bart.

Si in venditione pignoris consenserit creditor, vel ut debitor hanc rem permutet, vel donet, vel in dotem det: dicendum erit pignus liberari, nisi salva causa pignoris sui consensit vel venditioni vel cæteris. nam multi solent salva causa pignoris sui consentire. Sed & si ipse vendiderit creditor: sic tamē venditionē fecit, ne discederet à pignore, nisi ei satisfiat: dicendū erit, exceptionē ei nō nocere. sed & si nō cōcesserit pignus venundari, sed ratam habuit venditionem: idem erit probandū. Bellè queritur. si fortē venditio rei specialiter obligatæ nō valeat: an nocere hæc res creditori debeat, quod consensit: ut puta si quæ ratio iuris venditionē impediatur? dicendū est pignus valere.

Sine

Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur. 534

Siue hypotheca remittatur expresse, siue remittatur debitum, hypotheca videtur remissa, quatenus debitum est remissum. Bartolus.

V. MARTIANVS lib. singulari ad formulam hypothecae.

Soluitur hypotheca, & si ab ea discedatur, aut paciscatur creditor, ne pecuniam petat. nisi si quis dicat, pactum interpositum esse, ut à persona non petatur. & quid si hoc actum sit, cum fortè alius hypothecam possideat? sed cum pactum conuentum exceptionem perpetuam pariat: eadem & in hoc casu possunt dici, ut & ab hypotheca discedat. ¶ Si paciscatur creditor, ne intra annum pecuniam petat: intelligitur de hypotheca quoque idem pactus esse.

Si creditor pro pignore recipit fideiussorem, videtur remittere pignus, secus si vendat nomen debitoris.

¶ Si conuenerit, ut pro hypotheca fideiussor daretur, & datus sit: satisfactum esse videbitur, ut hypotheca liberetur. aliud est, si ius obligationis vendiderit creditor, & pecuniam acceperit. tunc enim manent omnes obligationes integræ: quia precij loco id accipitur, non solutionis nomine. Satisfactum esse creditori intelligitur, & si iusiurandum delatum datum est, hypothecæ non esse rem obligatam.

VI. ULPIANVS lib. LXXIII. ad edictum.

Item liberatur pignus, siue solutum est debitum, siue eo nomine satisfactum est. sed & si tempore finitum pignus est, idē dicere debemus: vel si qua ratione obligatio eius finita est.

Solutione vel obligatione in iudicio facta pignus liberatur. secus si alio modo quis paratus est satisfacere, nisi creditor hoc admiserit. Bartolus.

¶ Qui paratus est soluere, meritò pignus videtur liberasse. qui verò non soluere, sed satisfacere paratus est: in diuersa causâ est. ergo satisfecisse prodest: quia sibi imputare debet creditor, qui satisfactionem admisit vice solutionis. at qui non admittit satisfactionem, sed solutionem desiderat: culpandus non est. In satisfactione autem non utimur Atilicini sententia: qui putabat, si satis detur alicui certæ pecuniæ, recedere eum à pignoribus debere.

VII. CAIVS lib. singulari de formula hypothecaria.

Si consensit venditioni creditor, liberatur hypotheca. sed in his pupilli consensus non debet aliter ratus haberi, quam si præsentē tutore auctore consenserit, aut etiā

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. VI.

ipse tutor: scilicet, si commodum aliquod, vel satis ei fieri ex eo iudex existimauerit.

Procurator non potest pignus remittere sine speciali mandato, sed bene potest remissionem pignoris accipere. Bartolus.

¶ Videbimus, si procurator omnium bonorum consenserit, vel seruus actor, cui & solui potest, & in id præpositus est: an teneat consensus eorum. & dicendum est, nõ posse: nisi specialiter hoc eis mandatum est. sed si cum debitoris procuratore conuenit, ne res sit obligata: dicendum est, id debitori per doli exceptionem prodesse. cū autem cum seruo eius conuenierit: per ipsam pacti conuenti exceptionem [prodesse] debet.

Pignus potest remitti pro parte pro diuiso. Bartolus.

¶ Si conuenit de parte pro diuiso alienanda: si certa res est, quæ venit: potest dici de reliqua parte ab initio agi oportere, nec obstat exceptio.

Si diuisio fiat à socio, non tollitur ius reale alteri competens pro diuiso. secus si esset ius personale. Bartolus.

¶ Illud tenendum est. si quis communis rei partem pro diuiso dederit hypothecæ: diuisione facta cum socio, non utique eam partem creditori obligatam esse, quæ ei obtinuit, qui pignori dedit: sed vtriusque pars pro diuiso pro parte dimidia manebit obligata.

Aestimatio rei obligata exstinguitur pignus. Bartolus.

VIII. MARTIANVS lib. singulari ad formulam hypothe.

Sicut re corporali exstincta, ita & vusufructu exstincto, pignus hypothecæ perit.

Pactum factum hæredi transit ad fideicommissarium vniuersale. Bar.

¶ Creditor ne res pignori hypothecæ sit, pacisci potest. & ideo si hæredi pactus fuerit: ei quoque proderit pactum, cui [is] restituit hæreditatē ex senatusconsulto Trebelliano.

Pactum procuratoris in rem suam, prodest & nocet domino sicut pactum domini. Bartolus.

¶ Si procurator debitoris in rem suam sit: non puto dubitari debere, quin pactum noceat creditori. Item quæ [et] si à parte creditoris procurator in rem suam exstiterit, paciscendo inutilem sibi faciet hypothecariam actionem: in tantum, ut putem rectè dici, & dominis litis hoc casu nocere hanc exceptionem. ¶ Si conuenierit, ne pars dimidia pro

pro indiuiso pignori sit: quæcūque eius fundi pars à quolibet possessore petatur, dimidia nõ rectè petetur. ¶ Si plures dederint pro indiuiso, & cū vno creditor paciscatur, ne hypothecæ sit, deinde ab eo petat: etiam si hic, cum quo pactus est, solidum fundū possideat pro indiuiso: quia de parte conuenisset, non repellit eum à toto.

Filius vel seruus non potest libere remittere pignus. Bartolus.

¶ An pacisci possint filius familiæ & seruus, ne res pignori sit: quam peculiariter hypothecam acceperint, & habet liberam [peculij] administrationem: videamus. an quem admodum donare non possunt, ita nec pacisci, ne pignori sit, possint: sed dicendum est, vt concedere possint: scilicet si precium pro pactione accipiant, quasi vendant.

Qui consensit alienationi, videtur remittere pignus, si alienatio est secuta. Bartolus.

¶ Si voluntate creditoris fundus alienatus est: inuerecundè applicari sibi cum creditor desiderat: si tamen effectus sit secutus venditionis. nam si non venierit: non est satis ad repellendum creditorem, quod voluerit venire.

In dubio non præsumitur quis alienasse ea, quæ repertus est possidere. Bartolus.

¶ Superuacuum est quærere, agrum specialiter hypothecæ datum, permissu creditoris venisse, si ipse debitor rem possideat: nisi quod potest fieri, vt debitor permissu creditoris vendiderit, deinde postea bona fide redemerit ab eodem, vel ab alio, ad quem per successionem ea res pertinere cœpisset: aut si ipse debitor emptori hæres exstiterit. verumtamen cum pecunia soluta nõ sit: doli mali suspicio inerit, translata ad præsens tempus, vt possit creditor replicationem doli mali obicere.

Si creditor venditioni consensit, vt sibi de precio satisfiat, & non satisfiat: non impeditur agere hypothecaria contra eum, & eius heredem, secus si contra extraneum emptorem. Bartolus.

¶ Illud videamus, si Titius debitor voluntate creditoris sui vendiderit Mæuius, vel ei, à quo Mæuius emerat: & postea Mæuius Titio hæres exstiterit, & creditor ab eo petat: quid iuris sit. sed iniquum est, auferri ei rem à creditore, qui non successionis iure sed alio modo ré nactus est. potest tamen dici: cum Titij dolus in re versetur, ne creditor

Pars IIII. Digestorum lib. XX. Tit. vi.

ditor à possessore pecuniam recipiat: iniquissimū esse lu-
dificari eum. ¶ Quod si is fundus à Mæuio alicui obliga-
tus possideatur, cui nondum satisfactum erit: tunc rursus
æquum erit excipi, **SI NON VOLUNTATE CREDI-
TORIS VENIT.** licet enim dolus malus debitoris in-
terueniat, qui non soluit: tamen secundus creditor, qui pi-
gnori accepit, potior est. Tutius tamen est, si debitor à
creditore petat, ut ei permittat pignus vendere: quod ma-
gis satisfaciatur, ante cautionem accipere ab eo, qui rem em-
pturus erit, ut precium rei venditæ usque ad summam de-
biti creditori soluat.

*Appellatione venditionis continetur omnis actus, per quem do-
minum transfertur etiam ex ultima voluntate. Bartolus.*

¶ Venditionis autem appellationem, generaliter accipe-
re debemus: ut & si legare permiserit, valeat quod cōcessit.
quod ita intelligemus, ut & si legatum repudiātū fuerit,
conualescat pignus.

Pignus videtur remissū sola venditione, si debitor teneat tradere. B.
¶ Si debitor vendiderit rem, nec tradiderit: an non repel-
latur creditor, quasi adhuc res in bonis sit debitoris: an ve-
rò, cum teneatur ex empto, pignus extinguatur? quod &
magis est. sed quid si precium venditor consecutus nō sit,
nec paratus sit emptor dare? tantundem potest dici.

*Si permittitur vnus actus alienationis, permittitur omnis alius
illi similis & eundem importans effectum vel meliorem: secus si de-
teriorum. Bartolus.*

¶ Sed si permiserit creditor vendere, debitor verò dona-
uerit: an exceptione illum submoueat? an facti sit magis
quæstio? [&] nunquid ideo veniri voluit, ut precio acce-
pto, ipsi quoque res expediat? quo casu nō nocebit consen-
sus. quod si in dotē dederit: vendidisse in hoc casu rectè vi-
detur, propter onera matrimonij. ¶ In contrarium, si con-
cessit donare, & vendiderit debitor: repellatur creditor.
nisi si quis dicat ideo cōcessisse donari, quod amicus erat
creditori is, cui donabatur. Quod si concesserit decē ven-
dere, ille quinq; vendiderit: dicendū est, nō esse repellendū
creditorē. in contrariū, nō erit querendū, quin rectè
vendat: si pluri vendiderit, quā concessit creditor.

*Presens & tacens non videtur pignus remisisse, secus in eo qui
se sub-*

Quibus modis pignus vel hypotheca soluitur. 536

se subscribit. Bartolus.

¶ Non videtur autem concessisse *creditor, [&] si scien- *Flo. cō-
te eo debitor rem vendiderit: cum ideo passus est venire, *sensisse.*
quod sciebat ubique pignus sibi durare. sed si subscripse-
rit, fortē in tabulis emptionis: cōcessisse *videtur, nisi ma- *Flo. cō-
nifestē adpareat [eum] deceptū esse. quod observari oportet, *sensisse.*
et, & si sine scriptis consenserit. ¶ Si debitori concessum
sit, & hæres eius vendiderit: potest facti quæstio esse, quid
intellexerit creditor. sed rectē venisse dicendum est. hæc e-
nim subtilitates ab iudicibus non admittuntur.

*Permissio venditionis facta vni non porrigitur ad extraneum:
& facta ad tempus, non porrigitur ultra. Bartolus.*

¶ Si debitor fortē concessā vditione [rem] desierit possi-
dere, & nouus possessor vendiderit. an duret pignus, quasi
personæ permiserit creditor? quod & magis est. nā si no-
uo possessori, nō debitori, à quo hypothecā accepit, con-
cessit creditor vendere: dicendū est, nocere ei exceptio-
nē. sed si intra annum aut biennium concesserit *creditor *Flo. cō-
vendere: potest hoc tempus vendendo, non aufert pignus *senserit.*
creditori. ¶ Si creditor hypothecaria vsus, à possessore li-
tis æstimationem cōsecutus fuerit, & à debitore petat de-
bitum: puto doli mali exceptionem obstaturam.

*Si duo simul emunt, videntur inuicem consentire, & pignus re-
mittere. Bartolus.*

IX. MODESTINVS lib. IIII. Responsorum.

Titius Sempronio fundum pignori dedit, & eundem
fundum postea Gaio Seio pignori dedit: atq; ita idē
Titius Sempronio & Gaio Seio eūdem fundum in affem-
vendidit, quibus pignori antē dederat in solidum singu-
lis. quero, an venditione interposita, ius pignoris extin-
ctum sit: ac per hoc ius solum emptionis apud ambos per-
manserit? Modestinus respōdit. dominium ad eos, de qui-
bus quæritur, iure emptionis pertinere: [&] cū consen-
sum mutuo venditioni dedisse proponantur, inuicem pi-
gnoraticiam actionem eos non habere.

*Qui succedit in locum vnius creditoris, utitur remissione illi cre-
ditori facta. Bartolus.*

¶ Titius Seio pecuniā sub pignore fundi dederat. qui fun-
dus, cū esset rei publicæ antē obligatus, secundus creditor
pecuniam

Pars II. Digestorum lib. XX. Tit. VI.

**Fl. reip.* pecuniam reipublicæ soluit. sed Mæuius exstitit, qui dicebat, ante rem publicam sibi fundum obligatum fuisse. inueniebatur autem Mæuius instrumento cautionis cum re publica [antea] facto à Seio, interfuisse & subscripsisse: quo cauerat Seius, fundum nulli alij esse obligatum. quæro, an actio aliqua in rem Mæuii competere potest? Modestinus respondit. pignus, cui is, de quo queritur, consensit: minimè eum retinere posse.

Si resoluitur venditio, & res cum eadem causa ad venditorem redeat, pignus in statum pristinum restauratur. Bartolus.

X. PAULVS lib. III. *Questionum.*

Voluntate creditoris pignus debitor vedit: & postea placuit inter eum & emptorem, vt à veditioe discederent. ius pignorum saluum erit creditori. nam sicuti debitori, ita & creditori pristinum ius restituitur. neque [enim] omnimodo creditor pignus remisit: sed ita demum, si emptor rem retineat, nec reddat venditori. & ideo si iudicio quoque accepto veditor absolutus sit, vel quia non tradebat, in id quod interest cōdenatus [sit]: saluum fore pignus creditori, dicendum est. hæc enim accidere potuissent, etiam si non voluntate creditoris vendidisset. ¶ Creditor quoque si pignus distraxit, & ex venditione recessum fuerit, vel homo redhibitus: dominium ad debitorem reuertitur. idemque est in omnibus [aliis,] quibus concessum est rem alienam vendere. non enim quia dominium transferunt, ideo ab emptore ius recipiunt: sed in pristinam causam res redit, resoluta venditione.

Qui consentit rem sibi obligatam in dotem dari: pignus videtur remittere. Bartolus.

XI. IDEM lib. III. *Responsorum.*

Lvcus Titius, cum esset vxoris suæ Caiæ Seiæ debitor sub pignore, siue hypotheca prædiorum, eadem prædia cum vxore sua Seiæ Septiciæ cōmunis filiæ nomine Sempronio marito eius futuro in dotem dedit. postea defuncto Lucio Titio, Septicia filia abstinuit se hæreditate paterna. quæro, an mater eius hypothecā persequi possit? Paulus respondit. pignoris quidem obligationem prædiorum Caiam Seiam, quæ viro pro filia cōmuni in dotem eadem danti consensit, cum cōmunis filiæ nomine daren-

Quibus modis pign^o vel hypotheca soluitur. 537

darentur, remississe videri: obligationem autem personalem perseverasse. sed aduersus eam, quæ patris hæreditate se abstinuit, actionem non esse dandam.

Qui consentit quod pignus pignori detur, videtur pignus remississe, non alium loco sui constituisse. Bartolus.

XII. IDEM lib. V. Responsorum.

PAulus respondit. Sæmpronium antiquiorem credito-^{*Flo. Ter} rem consentientem, cum debitor eandem rem Titio^{*tio.} creditori obligaret, ius sui^{*Fl. sum.} pignoris remississe videri: non etiam tertium in locum eius successisse. & ideo medij creditoris meliorem causam effectam. idem obseruandū est, & si res publica tertio loco crediderit.

Quilibet possessor habet ius offerendi creditori. Bartolus.

¶ Qui pignoris iure rem persequuntur, vindicatione rei eos remoueri solere: si qualiscunque possessor offerre [debitum] vellet. neque enim debet quæri de iure possessoris, cum ius petitoris remoueatur soluto pignore.

In ieiurando & sententia liberatur pignus. Bartolus.

XIII. TRYPHONINVS lib. II. Disputationum.

SI deferente creditore iurauit debitor se dare nō oportere, pignus liberatur: quia perire habetur, atque si iudicio absolutus esset. nam & si à iudice (quamuis per iniuriam) absolutus sit debitor: tamen pignus liberatur.

Ex pacto pignus tollitur & satisfactione. Bartolus.

XIIII. LABEO lib. V. Posteriorum à Iuliano epitomatorū.

CVM colono tibi conuenit, vt inuecta, importata pignori essent, donec merces tibi soluta, aut satisfactū esset. deinde mercedis nomine fideiussorem à colono accepisti. satisfactum tibi videri existimo: & ideo illata pignori esse desisse.

Quando vnus est debitor ex pluribus causis, cogitur creditor recipere, si offeratur totum quod ex vna causa debetur. Bartolus.

XV. SCAEVOLA lib. VI. Digestorum.

PRIMI creditoris, qui pignori prædia acceperat: & posterioris, cui quidam ex iisdem fundis dati erant: ad eandem personam hæreditas deuenerat. debitor offerebat, quantum à posteriore creditore mutuatus fuerat. respondit. cogendum accipere, saluo iure pignoris prioris contractus.

DIG E-